Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



adeoq; feudalibus concessionibus (: Feudum enim beneficium esse definitur :) dicendum est, quoniam hæ quam latissime sunt interpretandæ per L. fin: ff. de constitut: Princip: Decian: cl: respons: 58. n. 63. Vol. 2. etiam si plura inducerentur singularia, ut eleganter de foeminis ad feudum admittendis scribunt, Natta cons: 464. n. 15. usq; ad n. 18. inclusive, Menoch: cons: 331. n. 37. ubi plura.

Huc pertinet etiam, quod omnis interpretatio ita facienda sit, ut contrarietas euitetur per Vulg: Atqui (: ut supra deduximus :) nisi posteriora hæc uerba (: daß Lehen nach Lehens recht :) eo modo intelligantur, de quo iam diximus euitari contradictio non posset. Nam uendendo omnibus hæredibus hoc ipso affirmasset intelligeretur feuda ista esse absq; assensu domini alienabilia, & deinde his adiectis uerbis, (: daß Lehen nach Lehens recht :) affirmasset feuda absq; assensu alienari non posse, per ea, quæ ad secundam decidendi rationem perspicue deducta sunt &c

Itaq; omnino conuenit ut sæpe dicta uerba ita accipiantur, sicut adaptari ad præcedentia quibus annexa sunt commode possunt, argo L. si uno in princ: ff. Locati L. sed et si possessori. §. Item si iurauero. ff. de Iureiurand: fac. L. hæredibus. §. fin: ff. ad. S Con: Trebell:

L.